



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum præcepta decalogi conuenienter enumerentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de Sancto Porciano

ministraret, formā tamen fecit stultitia hoim. Et ideo nihil est sicut & peccatū nihil est. Tunc obicit contra hoc quia secundum eundem Augustinū omnis forma facta est per verbum, ergo ut videtur forma idoli bona est & perfecta per verbum. Et respondet quod forma idoli inquantū est, a deo est. Sed nō inquantum est forma idoli, id est, posita ad adorandū, sic enim est peccatum. Secundum præceptū est Non assumes nomen Dei tui in vanum, & est sensus literalis non iurabis pro nihilo & subdit allegoriā. Tertium mandatum est, Memento ut diem sabbati sanctifices, & ad literam præcipitur observatio sabbati, & subditur allegoria. Hæc sunt tria præcepta primæ tabulæ. Primum autē præceptū secundæ tabulæ est Honorā patrem & matrē, per quod præcipitur nobis reuereri parentes, & eis necessaria ministrare. Aliud est Non occides. Aliud est Non mochaaberis, vbi nomine Mochaie intelligitur omnis illicitus cōcubitus. Aliud est Non furtum facies, in quo prohibetur sacrilegium, rapina, et vsura, sicut declaratur in litera. Tunc queritur, vtrū filii Israhel qui acceperūt ab Ægyptiis vasa aurea et argentea, et vestes, et illa asportauerunt cōmiserunt furtum. Et respondet q̄ illi qui hoc fecerunt obediendo iussioni diuinæ, nō peccauerunt, quia Deus est dominus oim. Illi autē qui hoc fecerunt ex cupiditate peccauerunt. Postea arguit q̄ oēs peccauerunt, quia omnes fecerunt contra præceptum iuris naturalis, quod etiam exprimitur lege diuina, videlicet Non facies alii quod tibi nō vis fieri. Et respondet q̄ supplendum est, nō facies alii inuisitē quod tibi non vis fieri. Vltimo ponit aliud præceptū quod est, Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium, vbi prohibetur expresse mendacium quod obest proximo. Sed quia de mendacio & peritio ageretur in sequenti distinctione. Ideo Magister breuiter transit. Hæc est sententia &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrū præcepta decalogi cōuenienter enumerentur.

Tho. 1. 2. q. 100. art. 1.

Circa distinctionem istam queritur primō, vtrū præcepta decalogi cōuenienter enumerentur. Et videtur q̄ non quia in quolibet genere peccati contingit peccare corde & opere. Sed in quibusdam generibus peccatorum, id est, in furto & adulterio per aliud præceptum prohibetur peccatum cordis. Cum dicitur Non concupisces vxorem proximi tui, ergo idem debuit fieri in cæteris peccatis.

1. Item qui diligit proximum legem implet, Ro. 13. Sed intentio legislatoris est in omnibus præceptis, vt lex impleatur, ergo sufficiebat dare illud vnum præceptū de dilectione proximi.

2. Item sicut contingit peccare in Deum & in proximum ita & in seipsum, sed aliqua præcepta dantur contra peccatum in Deum & in proximum, ergo aliqua præcepta debent dari contra peccatū in seipsum, sed nullum tale fuit datum, ergo male.

3. Itē sicut ad cultū dei pertinebat observatio sabbati ita & observatio aliarum solennitatū. Sed inter præcepta decalogi est vnū pertinens ad observatiōem sabbati, ergo debuerūt esse aliqua alia præcepta pertinentia ad observatiōem aliarum solennitatū.

4. **I**N CONTRARIVM est quod habetur Exo. 20. vbi illa decem præcepta tantū enumerantur. Et Deut. 10. dicitur, Ostendit vobis Dominus pactum suum quod præcipit vt faceretis decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

5. **R**ESPONSIO. Dicendum est q̄ præcepta moralia sufficienter enumerantur. Illa enim præcepta ad bonā vitam sufficiunt per quæ homo cōuenienter ordinatur ad Deum & ad proximum, sed per illa decem præcepta cōuenienter & sufficienter homo ordinatur ad Deum & ad proximum, igitur &c. Maior patet, quia ad hoc quod aliquis in aliqua cōmunitate bene cōmoretur duplex ordo requiritur & sufficit. Primus est vt bene se habeat ad deū qui præest cōmunitati. Secundus est vt bene se habeat ad alios cōsocios cōmunitatis & cōparticipes. Primum fit in ciuitate diuina per bonum ordinem hominis ad Deum. Secundum verō per bonum ordinem hominis ad proximum, & sic patet maior. Minor declaratur similitur

distinguendo præcepta, & eorum sufficientiam ostendendo sic, præceptorum quedā ordinant hominē ad Deum vt vt ad principem cōmunitatis, quedā verō ad proximum vt ad conciuem. Principi tria debent subditi. f. fidelitas, reuerentiā, & famulatum, fidelitas in hoc consistit vt honor principatus ad aliū nō trāseratur. Et quantum ad hoc datur primū præceptum. Non habebis deos alienos. Reuerentiā autem ad principem in hoc consistit vt nihil vitiosum cōtra eum cōmittatur, & quantum ad hoc datur secundum præceptum, quod est, Non assumes nomē Dei tui in vanum. Famulatus autem debetur principi in recompensationem beneficiorū quæ ab ipso percipiunt subditi. Et ad hoc pertinet tertium præceptū de sanctificatione sabbati in recognitionē beneficij creationis, & illud præceptum quoad aliquid fuit morale, quantum autem ad aliud fuit ceremoniale vel legale, morale quidem fuit quoad reuerentiā quæ Deo exhibebatur & secundum hoc manet omni tēpore, ceremoniale vel figurale fuit quantum ad determinationem diei respectu significationis futurorū. f. requie corporis Christi in sepulchro & sanctorū in gloria, & sic tria præcepta sunt secundum quæ homo ordinatur ad Deum sufficienter vt ad principem.

6. Ad proximum autem vt ad conciuem homo ordinatur dupliciter, vno modo specialiter, alio modo generaliter. Specialiter quidem ad illos quorum est debitor vt eis debitum reddat & quantum ad hoc datur præceptum, Honora patrem & matrem. Generaliter autem ad oēs vt nulli nocentū inferatur neq; opere, neq; ore, neq; confectiatur corde. Opere autem inferitur nocentum proximo tripliciter. Primo quantum ad consentiā proprię personę per homicidium. Et cōtra hoc datur præceptum, Non occides. Alio modo in personā coniunctam quantum ad propagationē prolis. Et contra hoc datur præceptum, Non mochaaberis. Tertio modo inferitur nocentum in rem possessam. Et istud prohibetur per illud præceptum, Non furtum facies. Nocentum autem quod inferitur ore prohibetur per illud, Non falsum testimonium dices. Nocentum autem seu deordinatio cordis prohibetur cum dicitur Non concupisces. Et quia concupiscentia est duplex. f. carnis, & oculorum, ideo per aliud præceptum prohibetur concupiscentia carnis cum dicitur, Non concupisces vxorem proximi tui. Et per aliud concupiscentia oculorum cum dicitur, Non concupisces rem proximi tui, non agrum, non ancillam, vbi prohibetur concupiscentia ancille, nō ad concubitu, quia sic coincideret in aliud per quod prohibetur concupiscentia carnis, sed ad vsuum manuum. Et sic patet distinctio & sufficientia præceptorum.

7. Ad primum dicendum q̄ delectatio adulteriū & vitilitas diuitiarū sunt de se quedā appetibilia, homicidium verō & falsitas & huiusmodi non sunt secundum se delectabilia, quia proximum & veritas naturaliter amatur. Et ideo maior est pronitas & inclinatio ad adulteriū & furtum q̄ ad homicidiū vel falsum testimoniū, propter quod illa prohibentur nō solum quoad opus, sed etiam quoad interiorem concupiscentiā. Alia verō nō nisi prohibendo simul in peccato operis peccatum cordis.

8. Ad secundum dicendum q̄ dilectio proximi est sicut prima generalis radix obseruandi præcepta, prout in dilectione proximi etiam dilectio dei includitur. Est enim finis præcepti dilectio, Tim. 1. vnde sicut in disciplinis præter primum principium quod est de quolibet esse vel nō esse, oportet ponere quedam alia principia magis particularia per quæ illud commune determinatur, ita & fortius multo in operabilibus præter dilectionem dei & proximi oportuit ponere aliqua præcepta specialia quæ istud commune determinarent & in particularibus operationibus dirigerent.

9. Ad tertium dicendum q̄ non oportuit dare speciale præceptum de dilectione sui, quia vnusquisq; ad hoc factis naturaliter inclinatur. Sed quantum ad dilectionem dei & proximi lex naturalis erat obscurata propter peccatum. Et ideo de illa datum fuit præceptum. Et iterum dilectio sui in dilectione dei & proximi intelligitur, quia amabilia ad alterum venerūt ex his quæ sunt hominis ad seipsum.

Ad quartū dicendum q̄ oēs solennitates veteris legis fuerunt institutae in cōmemorationē alicuius beneficii diuini, vel iam exhibiti, vel figurati. Et quia inter oīa beneficia mundo exhibita praecipuum & generalissimum fuit beneficium creationis, inter exhibēda autē praecipuū futurum erat beneficium redemptionis pro passione Christi. Ideo obseruantia sabbati in qua commemorabatur beneficium creationis, seu quies ab operibus creationis, & in quo figurabatur quies corporis Christi, in sepulchro post opus redemptionis fuit potissima & praestitissima cōmemoranda. Alij verō solennitates celebrantur propter aliqua particularia beneficia, propter quod eis praetermissis fit mentio de solo sabbato inter praecipua decalogi quae dantur toti communitati.

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum tradere mutuum sub vsura sit licitum.

Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1.

Deinde queritur de vsura. Et primo vtrum tradere mutuum sub vsura sit licitum. Et videtur q̄ sic, quia cuiuslibet licitum est consulere indemnitati suae, contingit autem q̄ aliquis concedens mutuum alteri, recipit ex hoc damnum quatenus ex pecunia sua lucratus fuisset si eam habuisset, ergo videtur quod talis possit pro indemnitate sua aliquid recipere vltra sortem.

2. Item vnusquisque tenetur de debito honestatis aliquid compensare ei qui sibi gratia facit vt dicitur. 5. Ethic. sed illa qui pretium, aut mutuum dat, gratia facit ei, ergo recipiens mutuum tenetur tradenti aliquid recompensare. Sed non videtur esse illicitum obligare aliquem ad illud ad quod exiure naturali tenetur, ergo non videtur esse illicitum, si aliquis mutuans alteri pecuniam deducat in obligatione aliquam recompensationem.

3. **IN CONTRARIUM** est quod dicitur Luc. 11. Date mutuum nihil inde sperantes, quarto etiam Ethic. dicitur hoc esse turpe lucrum. Et primo Politic. dicitur quod vsura est praeter naturam.

4. **RESPONSIO.** Circa quaestione istam videnda sunt duo. Primum est vtrum accipere vsuram pro quocunq; mutuo sit licitum. Secundum est vtrum aliquo modo possit esse licitum in mutuis aliquid recipere vltra sortem.

5. Quantum ad primum dicendum q̄ accipere vsuram pro pecunia mutuata est secundum se iustum, quod patet sic, quia vendere vnum vt duo, & recipere duo propter vnum est illicitum. Sed hoc fit in vsura, ergo &c. Maior patet, quia cum iustitia consistat in quadam aequalitate (vt patet ex 5. Ethic.) vendere ea quae sunt vnum tanquam duo & recipere pro eis pretium quasi pro duobus distinctis est contra aequalitatem, & per consequens contra iustitiam propter quod est illicitum. Minor enim sic declaratur. Quaedam enim res sunt quarum vsus est ipsarum consumptio, sicut vinum consumitur bibendo, & cibus comedendo. Et in talibus res vel vsus quoad translationem in alterum non possunt seorsum computari, quia vnum non potest sine altero transferri. Si ergo quis velit seorsum talem rem vendere & seorsum vsum rei, vendit eadem rem bis: vel vendit eidem id quod est iam suum quod idem est. Quia per vnā venditionem totum transfertur. Et ideo talis manifeste peccat contra iustitiam. Hoc autē fit in vsura in qua aliquis vltra pecuniam mutuam, vel vinū seu bladum, petit sibi duas recompensationes, vnā quidem recompensationem aequalē. Aliam verō quasi pretium vsus quod vsura dicitur. Alia verō sunt quorum vsus non est ipsius rei consumptio sicut in domo, equo, & huiusmodi. Et in talibus seorsum potest vnusq; cōcedi pro determinato pretio, vt cum aliquis donat alicui domum reseruatō sibi vsu, vel e converso quando concedit vsum rei reseruatō sibi dominio, & in talibus recipere aliquid vltra rem traditā propter vsum rei non est illicitum nec in talibus est vsura. Et sic patet primum. q̄ vsura est illicita de se, etiā secundum Philosophos morales. Prohibetur etiā iure diuino in vet. & non vlt. propter quod Clemens. V. in concilio Vien. decreuit omnes dicentes vsuras esse licitas, tanquam haereticos puniendos. Cap. ex graui.

6. Quantum ad secundum aduertendum est q̄ accipere realiquid in mutuis vltra sortem potest esse dupliciter. Vno modo tanquam pretium mutui, vel rei mutuatae & sic nunquam est licitum, sed est vsura vt patet ex his quae dicuntur.

Et sunt statim. Alio modo tanquam stipendium laboris seu seruitii ipsius mutuantis, & sic istud potest esse in casu licitum. Verbi gratia, si aliquis auctoritate illius qui praestit Reipub. ordinaretur seu statueretur ad tradendum mutuum indigentibus, & de hoc seruiret Reip. in qua sunt plures qui mutuis indigent & nisi inuenirent qui eis mutuum traderent notabiliter damnificarentur, & per consequens Resp. in eis, si talis inquam tradens gratis mutuum reciperet pro seruitio quod communitati exhibet aliquod certum salarium annuatim taxandum auctoritate illius qui praestit Reip. non videretur esse illicitum, quia quilibet seruiens Reipub. de seruitio licito & Reip. necessario meretur mercedem seu remunerationem. Sed talis de quo statim dictum est seruiret Reipublice de seruitio licito ex quo gratis mutuum traderet nec vltra sortem aliquid peteret, seruitium etiam tale est Reip. necessarium, quia sine mutuis multum deperiret de bono regimine & utilitate ciuitatis, quia non solum singulares personae notabiles, sed etiā ipsa communitas in quamplurimis partibus indigent mutuis pro certis & arduis, ac necessariis negotiis expediendis, ergo seruiens & se ac sua exponens pro tali seruitio exhibendo Reip. a singularibus personis meretur mercedem ex tali labore & seruitio. Et si eis taxetur merces huiusmodi auctoritate Reip. non videtur illicitum: quin potius iustum & debitum, sed istum modum non legi nec auidi alicubi statutum vel ordinatum.

7. Ad primum arg. dicendum quod ille qui dat mutuum potest absque peccato in pactum deducere recompensationem danti per quod sibi subtrahitur aliquid quod debet habere, hoc enim non est vendere vsum pecuniae, sed damnum vitare, vt si aliquis mutuans pecuniam dicit se teneri alteri infra certum tempus ad illam iumentā pecuniae quā si non solueret perderet pignus maioris valoris, talis potest sine peccato ducere in pactum quod recipiens ab ipso mutuo talem pecuniam teneretur ei de damno nisi solueret intra determinatum tempus, sed recompensatione damni quod potest prouenire ex eo quod de pecunia sua mercaretur non potest licite in pactum deduci, quia non debet vendere id quod non habet & quod potest multipliciter impediri.

8. Ad secundum dicendum per interemptionem minoris, ille enim qui tradit alteri mutuum sub vsura non facit ei gratiam, nec ex effectu beneficii hoc procedit, sed ex affectu priuato quo quis querit lucrum suum cum damno alterius propter quod recipiens non tenetur ad aliquam recompensationem.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum vsurario non repetenti aliquid vltra sortem, vel si receperit, postea restituit, teneatur qui mutuum ab eo accepit, facere aliquam recompensationem.

Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2.

Secundo queritur vtrum vsurario non repetenti aliquid vltra sortem, vel si receperit, postea restituit, teneatur ille qui mutuum ab eo receperit, facere aliquam recompensationem. Et arguitur quod sic, quia idem videtur esse iudicium de illo qui gratis dedit mutuum & de vsurario qui vsuras non receperit, aut si receperit restituit. Sed danti gratis mutuum recipiens tenetur ad antidota, hoc est, ad aliquam recompensationem, ergo similiter recipiens mutuum ab vsurario (qui nec vsuras receperit, & si receperit eas restituit) tenetur ei ad aliquam recompensationem.

2. Itē naturali aequitate recipiens beneficium obligatur ei qui dedit. Sed recipiens mutuum a tali vsurario recipit ab eo beneficium cum in aliquo iuuetur & in nullo laedatur, ergo tenetur ei ad aliquam recompensationem.

3. **IN CONTRARIUM** arguitur, quia reddenti debitum recipiens non tenetur ad aliquam recompensationem. Sed si vsurarius non repetat vsuras, aut si eas receperit, tamen eas restituit nihil facit nisi abstinere ab indebito, vel reddere quod est alteri debitum, ergo nulla recompensatio debet ei fieri.

4. **RESPONSIO.** Dicendum est simpliciter q̄ vsurario tradenti mutuum vsuris non tamen vsuras repetenti

